137.

Bischof Udo von Naumburg tritt tauschweise den Domherren zu Zeitz drei Güter zu Dröglitz ab und eignet ihnen sieben Güter zu Oelsen zu, und zwar zum Seelenheil seiner Vorgänger, seiner Eltern und besonders zur jährlichen Feier des Todestages seines Vaters, des Grafen Ludwig. — Zeugen: Markgraf Konrad und Landgraf Ludwig. **Zeitz, 1140 Dez. 4.**

Hdschr.: Cop. Zizense fol. 16^{b} (Saec. XV.). Stiftsarchiv Zeitz. Phot. H. St. A.
Gedr.: Schöttgen, Konrad 283.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Vdo sancte Nuemburgensis ecclesie episcopus notum esse volo omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego tres mansos in Drogelice ob cambium totidem mansorum Cice collateraliter adiacencium confratribus Cicensibus in usum perpetuum delegavi ob fidelium meorum Rudegeri [et] Arnesti devotum servicium, quibus in stipendium militare ipsos tres mansos Cice adiacentes concessi. Item notifico, quod ego VII mansos in Olsena cum omnibus appendiciis suis eisdem confratribus Cicensibus ob remedium anime mee et predecessorum, nec non parentum meorum contradidi assidue eorum nos oracioni commendans et videlicet, ut anniversario obitus die Ludewici comitis patris mei vigiliarum et missarum celebracione ipsius recordentur et natalem sancti Thome apostoli festive venerentur. Acta sunt hec anno incarnacionis domini MCXL, indictione existente tercia, presentibus et consenciendo accioni mee testimonium perhibentibus Thimone Cicense preposito, Widrado decano, Bermaro magistro, Theoderico custode et omnibus Cicensis ecclesie confratribus, Bertoldo Nuemburgensi preposito, Theoderico decano, Henrico magistro et reliquis Nuemburgensis ecclesie canonicis. Ex liberis et militibus. Conrado marchione, Ludewico magno comite, Ludewico, Wernhero, Adelberone, Arno, Turingo, Hermanno, Ottone. Ex ministerialibus. Arbone, Martino, Volcwino, Hartwicho, Henrico, Wichelone, Bernoldo, Gerhardo, Gumperto, Ysenhardo. Tradidi et litteris notatum sigilli mei impressione assignavi. Super hec invasorem x prescriptorum mansorum contra voluntatem Cicensium confratrum auctoritate dei et apostolorum Petri et Pauli, nec non Innocentii Romani pontificis anathematis vinculo in presenti alligo et cum angelo apostata, nisi plene correxerit, in infernum eternaliter dampno. Data Cice II. non. decembris.

138.

Bischof Udo von Naumburg bestätigt die Verlegung des Klosters Schmölln nach Pforta, da ersterer Ort wegen der Roheit und Unsicherheit der Bewohner der Umgegend nicht passend erschienen sei. — Zeugen: die Markgrafen Konrad und Otto, sowie Graf Heinrich, Sohn des Landgrafen. **1140.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 51. Portenser Hand. Das sehr gut erhaltene S. des Bischofs ist hinten aufgedrückt.
Gedr.: Corssen, Alterthümer u. Kunstdenkmäler von Pforta 63.
Anm.: Die Urkunde ist durchweg von derselben Hand geschrieben und datirt aus dem Jahre 1140. Unter den Zeugen erscheint Bischof Reinhard von Merseburg, welcher als Nachfolger Ezzelins erst 1143 Bischof wurde (vergl. Gams, Series epp. 291). Die Zeugenreihe stimmt mit denen von No. 204 und 205 (1147 Mai 13) überein, nur daß hier Reinhardus de Bobeluz *und* Hermannus advocatus de Salek *an Stelle von* Heinricus prepositus Thrubecensis *und*